hospitantur. semper uagi et numquam stabiles. et pro
priis uoluptatibus et gulae inlecebris seruientes.
et per omnia deteriores sarabaitis; De quorum omnium miserri
ma conuersatione. melius est silere quam loqui;
His ergo omissis. ad coenobitarum fortissimum genus
disponendum. adiuuante domino ueniamus

ABBA qui praeesse dignus est **QUALIS DEBEAT ESSE ABBAS**
monasterio semper meminere debet quod dicitur et nomen maiori
oris factis implere. Christi enim agere uices in monasterio
creditur. quando ipsius uocatur pronomine dicente apostolo;
Accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clama
mus abba pater; Ideoque abba nihil extra praeceptum
domini quod absit debeat aut docere. aut constituere. uel iubere.
Sed iussio eius uel doctrina fermentum diuinae iustitiae
in discipulorum mentibus conspargatur; Memor sit semper
abbas. quia doctrinae suae. uel discipulorum oboedien
tiae; utrarumque rerum in tremendo iudicio dei. facienda
erit discussio; Sciatque abba culpae pastoris incumbere
quidquid in ouibus pater familias utilitatis minus potuerit
inuenire; Tantum iterum erit liber. ut si inquieto uel inobe
dienti gregi. pastoris omnis fuerit diligentia adtributa

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 3r – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/48936)